Sciant presentes et futuri quod ego Matillis que fui uxor Ricardi Chapelein in mea pura ligia viduitate
dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Herbardo Chepman unum dimidium Burgagium
quod habui ex dono et concessione Agnetis Carteres quod quidem dimidium Burgagium situm est inter
terram quam quondam fuit Ricardi Chapelein ex parte orientali et viam Regiam que ducit versus Seton
ex parte occidentali. Habendum et tenendum totum predictum dimidium Burgagium cum omnibus pertinentiis suis predicto
Herbardo heredibus suis sive assignatis de capitalibus dominis feodi illius libere quiete pacifice et integre
iure hereditario imperpetuum. Reddendo annuatim dictis dominis capitalibus redditus et servicia inde debita
et consueta. Et ego predicta Matillis heredes mei sive assignati totum predictum dimidium Burgagium cum
omnibus pertinentiis suis ut predictum est predicto Herbardo heredibus suis sive assignatis Warantizabimus acquie
tabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. hiis testi
bus Thoma de Gelebury. Thoma de Brodelonde. Waltero Baret. Ricardo Snel Ricardo Saube et aliis
Datum apud Cullifordi die Lune proxima post festum apostolorum Petri et Pauli Anno regni regis Edwardi
filii regis Edwardi decimo.

XIII

© Colyton Chamber of Feoffees 2018

Sciant presentes et futuri quod ego Herbardus Chepman de Cullisford dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Ricardo de Cullisford clerico unum dimidium burgagium in Cullisford quod habui ex dono et concessione Matillis Chapelein. quod quidem dimidium burgagium situm est inter terram quod quondam fuit Ricardi Chapelein ex parte occidentali et viam Regeam que ducit versus Seton ex parte orientali. Habendum et tenendum totum predictum dimidium burgagium cum omnibus pertinenciis suis. predicto Ricardo heredibus suis sive assignatis. de capitalibus dominis feodi illius. libere quiete pacifice et integre iure hereditario imperpetuum. Reddendo annuatim dictis dominis capitalibus redditus et servicia inde debita et consueta. Et ego predictus Herbardus heredes mei sive assignati. totum predictum dimidium burgagium cum omnibus pertinenciis suis ut predictum est. predicto Ricardo heredibus suis sive assignatis. Warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. Thoma de Melebury. Waltero Gover. Ricardo Enel. Ricardo de Forodonde. Radulpho Jambe et aliis. Datum apud Cullisford die Lune proxima post festum sancti Bartholomei apostoli. Anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi undecimo.

© Colyton Chamber of Feoffees 2018